Fastnachtzeit / alles Vermummens/vnd Gassenlauffens/zu Tag vnd Nacht / mit Wehren vnnd ohne Wehren/gentzlich enthalten/vnd ewers studierens/ Handels vnnd Wandels / ein jeder in seinem Beruff abwarten solten / Vnd wir vns wol versehen/ Jr hettet solchem vnserm Mandato / so wol auch dabevor von Weiland Churfürst Augusten/Christlöblicher Gedechtnis / Sub dato Eybenstock / den 11. Tag Augusti, Anno 83. außgegangenen/ Vnd von Weiland Churfürst Christiano Christlicher Gedechtnis bestetigten vnd confirmirten Mandat/ gehorsamlich nachgelebt haben / So werden wir doch glaubwirdig berichtet / das vorm Jahre jhr gemeltes vnser / vnd mehr gedachter Churfürsten Augusti / vnnd Christiani Mandata, vngeachtet ewer der Universitet öffentlichen anschlagens / vnnd vielfaltigen vermahnens / verächtlich hindan gesatzt / Darob wir denn vngnädiges mißfallen tragen / Wenn wir aber / ob diesen Mandaten gehalten haben wollen / Vnnd euch vnverborgen / welcher massen der Erbfeind der Christenheit der Türck / in grosser auffrüstung

URMEL
Seite über URN öffnen: urn:nbn:de:urmel-c525dc04-c0ea-47bb-a24a-9ae5bbb52efd3-00005255-1060

stung stehet / den künfftigen Sommer / Vngern vnnd Teutschland mit grosser macht zuüberziehen / vnnd anzugreiffen / vnd seinen Blutdurst / vnnd vnmenschliche Tyranney / mit rauben / vnd jemmerlichen morden / niederhawung vnnd wegführunge Mannes vnnd Weibes Personen ins Werck zu richten / vnnd vnser geliebtes Vaterland / Teutscher Nation / in ewige Dienstbarkeit / vnnd vnter sein vntreglich Vihisch Joch zu bringen / Vnd dahero euch viel mehr obliegen wil / dieser vorstehender Gefahr / mit einem Christlichem vnd Erbarlichem Leben vnd Wandel / auch im embsigen vnnd fleissigen vnnachleßlichem Gebet zu begegnen / Als das jhr euch des vbermessigen Fressens vnd sauffens / vppigkeit in Kleidern / Gassenlauffens / Rottierens / vnd andern vntugenden befleissiget / vnd darunter ewre der Studenten / Eltern / Freunde vnd Patronen / so euch studierenshalben anhero abgefertiget / höchlich betrübt / So ist demnach vnser ernste Meinung vnd wil / das jhr euch hinfüro / nicht allein dieses / sondern auch folgender Jahr auff vorstehende Faßnachten / vnnd auch sonsten

bey

URMEL
Seite über URN öffnen: urn:nbn:de:urmel-c525dc04-c0ea-47bb-a24a-9ae5bbb52efd3-00005255-1078

bey tag oder nacht/alles Vermummens/ Gassenlauffens/ Wehrentragens/ Rottierens / Häuserstürmens / anlauffung der Wachbuden/ vnnd der Nachtwechter selbst vnnd alles andern vnzimlichen beginnens/ vnd Vnthaten gentzlichen enthalten/ vnd dargegen ewres studierens/ handels vnnd wandels/ ein jeder in seinem Beruff/abwarten/ Vnd sonderlichen jhr die von Adel/ euch ewrem Stande nach/ also erzeigen/ das wir spüren/ das jhr diejenigen seid/ welche sich vor allen andern der Tugent vnd guten Sitten befleissigen/ vnd ewren Stand nicht selbsten verunehren wollet. Vnd befehlen darauff für vns/ vnnd an stat obgemeltes Churfürsten zu Brandenburg/ euch dem jetzigen vnd künfftigen Rectori/ Heuptman/ Schössern vnd Rath der Stadt Wittemberg/ das jhr ob diesen vnsern vnd vorigen gemelten Mandaten ernstlichen haltet/ Die studierende Jugend/ Bürgerschafft vnnd Handwercksgesellen/ durch die Predigt zur Busse/ vnd haltung dieser Mandaten vermanen lassen/ Vnd do darüber einer oder mehr sich in diesem widersetzlich machen wolte/ auff den oder dieselben

gute

URMEL
Seite über URN öffnen: urn:nbn:de:urmel-c525dc04-c0ea-47bb-a24a-9ae5bbb52efd3-00005255-1086

gute Bestallung machet/ Vnnd wider sie vnnachleslichen/ ohne ansehen der Personen/ vermöge angedeuter Mandaten ewer Statuten vnnd Ordnung/ mit der straffe vorfahret. Vnd weil wir berichtet werden/ das zu diesem beginnen/ die jenigen/ so Tischgesellen halten/ vnd bey denen die Studenten wonen/ nicht wenig vrsach geben sollen/ In deme sie jre Tischgesellen zum sauffen anmahnen/ oder geschehen lassen/ dz dieselben mit der Wehren zu Tische kommen/ vnd jhnen biß in die tieffe Nacht Bier oder Wein folgen lassen/ Auch sie vnd andere/ bey welchen die Studenten wohnen zu wieder der Statuten/ die Thüren wol die gantze Nacht auffhalten vnd ohne vnterscheid die Studenten/ sie seind eingeschrieben oder nicht/ einnemen/ Als ist vnser ferner Befehlich/ das jhr der Rector vnd Rath die anordnunge machet/ das keiner/ weder von den Professorn/ oder andern der Vniversitet verwandten Personen/ Oder ausser der Bürgerschafft keinen Studenten in seine Behausunge/ oder an seinen Tisch neme/ es lege denn derselbe sein Testimonium für/ vnnd beweise/ das er der

Vnis

URMEL
Seite über URN öffnen: urn:nbn:de:urmel-c525dc04-c0ea-47bb-a24a-9ae5bbb52efd3-00005255-1095

Universitet Matricul inscribirt / Imgleichen / das ein jeglicher sein Hauß den Sommer vmb Zehen Vhr / den Winter aber vmb Neun Vhr bey einer ansehnlichen Geltstraffe schliesse / vnd kein aus vnd ein geleufft / mit Wehren oder ohne Wehren / gestatte / Vnd do darüber einer oder mehr handeln würden / das sie bey jhren Eyden vnnd Pflichten / damit sie vns / euch / dem Rectori, oder dem Rath zugethan / den / oder dieselbigen anzeigen / vnd vormelden / auff das sie zu gebürlicher Straff jhres verbrechens gebracht werden mögen / Darnach sich ein jeder zurichten / Vnd für schaden vnd nachtheil zu hüten wissen wird / Vnd geschicht daran vnsere ernste vnnd zuvorleßige Meinunge. Zu Vrkund mit vnserm hier auff gedrucktem Fürstlichem Secret wissentlich besiegelt / vnd eigenen Handen vnterschrieben / Geschehen vnd geben zu Torgaw den 23. Februarij Anno 1595.

Wir

URMEL
Seite über URN öffnen: urn:nbn:de:urmel-c525dc04-c0ea-47bb-a24a-9ae5bbb52efd3-00005255-1106

WIr Rector / Magistri vnnd Doctores / der Vniversitet / auch Häuptman / vnnd Rath zu Wittenberg / Fügen hiermit allen vnnd jeden Studenten / Bürgern / Handwercks gesellen / vnd andern / So sich in / oder ausserhalb der Stadt / in den Vorstädten auffenthalten / zu wissen / Das wir in erfahrung kommen / Das sich etzliche von euch / den Studenten / Bürgern / Handwercks gesellen / vnd andern jetziger zeit des Wegelagern / ausfordern / Balgen / Nächtlichen / Viehischen geschreyes / Rottirens / Stürmens der Häuser / anlauffung vnser des Raths / Wachbude vnd Nachtwechter / singung schendlicher Lieder / anschlagung betrawlicher auffrührischen Zetteln / ausgebung Schrifftlicher schmehung / vnnd libellorum famosorum, darmit vnredlicher vnd vnschüldiger weise / zuwieder gemeine beschriebene Rechte / des heiligen Römischen Reichs abschieden / vnnd Policey Ordnung / auch dieser Landen Constitution / an jhren Ehren vnd guten Namen / ander Leute / auch wol Nationes angegriffen / vnnd zu auffruhr auffgewiegelt / oder gefehr-

URMEL
Seite über URN öffnen: urn:nbn:de:urmel-c525dc04-c0ea-47bb-a24a-9ae5bbb52efd3-00005255-1112

fehrlicher weise betrawet / vnd betrübet werden / vnd aller ander vnthaten befleis-sigen / Vñ insonderheit Büchsen / Spies-se / vñ andere Wehren zu Tag vnd Nacht tragen. Nun habt jr euch zuerinnern / was für ein Mandatum zu Eybenstock / den eilfften tag Augusti / Anno 83. gege-ben / Weiland Churfürst Augustus Hochlöblichster Gedechtnüs wider die jenigen / so sich erzehlter vnthaten befleis-sigen / publiciren lassen / welches folgends nicht allein Weiland Churfürst Chri-stianus auch Hochlöblichster Gedächt-nis / Sondern auch der Durchlauchtig-ste Hochgeborne Fürst vnd Herr / Herr Friedrich Wilhelm / Hertzog zu Sach-sen / Vormund / vnnd der Chur Sachsen Administrator etc. vnser gnedigster Herr / In verschienen 95 Jahr im Monat Martio ernewert / widerholet vnd bestet-tiget / vnd vns ernstlichen auffe. leget vnd befohlen / ob denselben / so wol auch vnser der Vniversitet Statuten vnd Ordnung zu halten. Wann wir denn diesen Chur vnd Fürstlichen Mandats vnd Befehli-chen mit ernst nachzusetzen bedacht / vnd im Regiment dem andern die Hand zu

URMEL
Seite über URN öffnen: urn:nbn:de:urmel-c525dc04-c0ea-47bb-a24a-9ae5bbb52efd3-00005255-1128

reichen gemeinet. Als wollen wir Rector/Magistri vnd Doctores / dieser Vniversitet / vnser Studenten / Ich der Heuptman / des Ampts Vnterthanen/ vnd wir der Rath vnsere Bürger/ Bürgerskinder/vnd Handwercksgesellen / in Gemein / vnnd einen jeglichen insonderheit/hiermit ernstlichen ermahnet haben/ sich oberzehlten vnthaten gentzlichen zu eussern/ Vnd do etzliche vorhanden / die sich der Häuserstürmens / Weglagerns/ außfoddern/Balgens/ nächtlichen vberfallens/Fenster außwerffens/Rottirens/ Nächtlichen geschreyes/ singung schendlicher Lieder/Außgebung Schrifftlicher schmehung vnd famosorum libellorum, Anschlahung gedachter betrawlicher Zetteln vnnd Vehdeschreiben schüldig wissen/der/ oder dieselben davon abzustehen/vnd sich vnd jre Eltern/vnd Freundschafft/in kein ferner vnglück / Schimpff vnd Spott führen / Damit wir die Vniversitet gentzlichen entschlossen / do hinfüro einer oder mehr / diesen Chur vnnd Fürstlichen Mandaten / vnd vnsern vorigen Anschlagen vnd Statuten / auch darauff geschwornen Pflichten zu wider

han-

URMEL
Seite über URN öffnen: urn:nbn:de:urmel-c525dc04-c0ea-47bb-a24a-9ae5bbb52efd3-00005255-1135

handeln wird / auff welche Wir / neben dem Häuptman / vnd Rathe / gute Bestallung gethan / den oder dieselben nicht allein / Inhalts der Statuten / oder mit der schlechten Relegation zu belegen / Sondern auch als Meineydig / aus dieser Universitet / außzuschliessen / vnd excludiren / vnnd aller Privilegien zubenehmen / volgents jhren Eltern / oder Freundschafft so wol auch der Oberkeit / darunter die Verbrecher gesessen / vnnd vmbliegenden Universiteten / damit sie auch an den örthen nicht gelitten werden / zuerkeñen geben / oder auch nach gelegenheit der vorbrechung / Höchstgedachten vnsern gnädigstē Herrn / der Chur Sachsen Administratorn / dieselben schleunig zu gefenglicher Hafft vnnd Straff ohne Ansehen der Personen vberantworten / Inmassen denn hierbevor mit dergleichen mutwilligen Verbrechern verfahren / vnd derselben vnfug ernstlichen gestrafft werden. Im fall auch einer / oder mehr / sovnser Botmessigkeit vnterworffen / darüber schaden nemen würde / wollen wir vns des / oder derselben gentzlichen nicht

URMEL
Seite über URN öffnen: urn:nbn:de:urmel-c525dc04-c0ea-47bb-a24a-9ae5bbb52efd3-00005255-1146

annemen/noch vnser Privilegien/damit von Röm. Keys. May. vnnd den Churfürsten zu Sachsen/wir/vnd vnser Studenten begnadet/gemessen lassen. Wie denn nach auch wir/der Hauptman vnnd der Rath/mit ernstlicher Straff wider vnsere Vnterthanen/do die gleichsfals schüldig befunden werden/ohne vnterscheid vorfahren wollen vnd sollen.

Wir wollen auch ernstlich/das hinfüro keiner vnser Vnterthanen jemanden in sein Hauß zu Tische/oder Herberge auffnemen solle/er habe denn zu förderst beglaubten Schein/das er der Matricul dieser Universitet einverleibet/oder vns/dem Hauptman vnd Rath sonsten zugethan/fürlegen. Vnd do hierüber der Wirth jemanden angenommen befunden/sol derselbige von vns vnnachlessig gestrafft werden. Wir vermanen auch endlich alle Vnterthanen/das sich ein jeglicher/zu Sommerzeit vmb zehen schlege/des Winters aber vmb neun Vhr/vff der Gassen nicht finden lasse/noch diejenigen/so Studenten oder andere bey sich wohnen haben/bey Nächtlicher weile/nach gesatzter zeit jhre Häuser/bey gesatzter

URMEL
Seite über URN öffnen: urn:nbn:de:urmel-c525dc04-c0ea-47bb-a24a-9ae5bbb52efd3-00005255-1153

satzter straff vffenthalten / Darnach sich denn die Studenten / Bürger / Bürgerskinder vnnd Handwercksgesellen zu achten / vnd für schaden zu hüten / Vnd haben wir der Rector / Magistri vnd Doctores der Vniversitet / Ich Hans Friedrich von Schönberg vff Vbigaw / verordenter Hoffrichter vnd Hauptman / vnd wir der Rath zu Wittenberg / vnser Insiegel vñ Petschafft / vnten auffs Spacium wissentlich auffgedrücket / Geschehen den 6. Tag Januarii, Anno Christi 1596.

Höchstgedachtes vnsers gnädigsten Churfürsten vnnd Herrn offen Mandat / wie solches hiebevorn publicirt worden.

VON Gottes Gnaden / Wir Christian der Ander / Hertzog zu Sachsen / des heiligen Römischen Reichs Ertzmarschal vnnd Churfürst / Landgraff in Thüringen / Marggraff zu Meissen / vñ Burggraff zu Magdeburg / Thun hiemit allen vnnd jeden / so sich in

URMEL
Seite über URN öffnen: urn:nbn:de:urmel-c525dc04-c0ea-47bb-a24a-9ae5bbb52efd3-00005255-1165

vnser Stadt vnnd Universitet zu Wittemberg studierens halben vnnd sonsten auffhalten/kund vnd zu wissen / Das wir zwar erinnert sein / welcher gestalt hiebevorn zu vnterschiedlichen mahlen ernstliche Mandata/Ordnungen vnd Verbot in offenen Druck außgangen vnd publiciret worden/das sich niemands in vnsern Gehegten Wildbahnen vnnd Wildfuhren / dem hohen oder nidrigen Wildprecht heimlich oder öffentlich nachzutrachten/vnd dasselbe zu fellen/noch auch seines gefallens Pirßbüchsen vnd andere lange Rohr zutragen / vnnd zu schiessen/ bey darinnen benampter hohen straffe/ vnterfangen sol / Vnd ob wir vns wol versehen/solche vnd dergleichen Mandata solten in gebührliche acht genommen worden sein / So wird vns doch jetzo glaubwirdig fürbracht / das sich etliche Studenten zu Wittenberg ausser der Stadt in vnsern Wildfuren vnd Gehegten mit Büchsen betreten lassen / vnd vngeschewet schiessen sollen / Wenn wir denn ob solchen jrem beginnen ein vngnediges mißfallen tragen / demselben auch nit die lenge nachzusehen/vnd jren Vnfug

zuvers

URMEL
Seite über URN öffnen: urn:nbn:de:urmel-c525dc04-c0ea-47bb-a24a-9ae5bbb52efd3-00005255-1172

zuverstatten nicht gemeinet sein/ als wollen vnnd gebieten wir demnach hiermit ernstlich befehlende/ das inhalts obangeregter vorigen publicirter vnd stetswerender Ordnungen/ Mandaten vnd Außschreiben niemand ausser der Stadt Büchsen tragen vnnd los schiessen/ viel weniger aber bey vermeidung vnser vnnachleslichen Leibesstraffe vnd Vngnade/ solches in vnser Wildbahne vnd Gehegten zu thun/ noch dem Wildprecht in einerley wege nach zu trachten vnterstehen sol/ Darnach sich menniglichen zurichten/ vnd geschicht hieran vnsere endliche zuverlessige Meinunge. Zu vrkunde haben wir vnser Secret wissentlichen auffdrucken lassen/ vnd vns mit eigenen Händen vnterschrieben/ Geschehen vnd geben zu Dreßden den neunden Monats Tag Julii/ Anno Sechzehenhundert vnd zwey.

Christianus Churfürst.

URMEL
Seite über URN öffnen: urn:nbn:de:urmel-c525dc04-c0ea-47bb-a24a-9ae5bbb52efd3-00005255-1188

WIR Prorector / Magistri vnd Doctores / der Universitet / Auch Bürgermeister vnnd Rath der Churstadt Wittenberg / Jügen hiermit allen vnd jeden Studenten / Bürgern / Handwercksgesellen / der Studenten Famulis, vnd andern / So sich in / oder ausserhalb der Stadt / in den Vorstädten / vnd sonsten / auffenthalten / zu wissen / das der Durchlauchtigste Hochgeborne Fürst vnnd Herr / Herr Christian / der Ander / Hertzog zu Sachsen des heiligen Römischen Reichs Ertzmarschalck vnd Churfürst etc. Landgraff in Thüringen Marggraff zu Meissen / vnd Burggraff zu Magdeburg / etc. vnser gnedigster Herr / Vns vnlangst gnedigst befohlen / vnserer Jurisdiction verwandten / durch öffentliche angeschlagene Edict, von dem vnordentlichen Gedreng bey den Hochzeiten / wenn Braut vnnd Breutigam zur Kirchen gehen / vnd von dem außpfeiffen / außrauschen / verspotten vnnd ander Vppigkeit / so die Studenten / Famuli / Handwercksperſonen vnd andere treiben / mit Ernst vnd bey namhaffter straff abzumanen / Auch darauff

URMEL
Seite über URN öffnen: urn:nbn:de:urmel-c525dc04-c0ea-47bb-a24a-9ae5bbb52efd3-00005255-1193

auff die verordnung thun zu lassen / damit solches hinfüro nicht allein verbleiben / besondern auch die Vorbrecher / in gebührliche vnd verdiente straffe genommen werden möchten / Welcher gnedigster Befehlich lautet wie folget.

Von Gottes Gnaden

Christian der Ander / Hertzog

zu Sachsen / Churfürst / etc.

WIrdige / Hochgelarte / Liebe / Andechtige vnnd Getrewen / Vns haben vnsere verordente zu Kirchen vnd Schulsachen / in Vnterthenigkeit zuerkennen geben / Wie aus jüngst verrichter Visitation zuersehen gewesen / das bey euch vff Hochzeitlichen Kirchgengen / die Studenten / Famuli, Handwergsgesellen / vnd andere in vnd ausser der Kirchen / ein solches gedrenge machen / das offtmals Braut vnd Breutigam / auch die eingeladenen / vnd bevorab Frawen vnd Jungfrawen mit beschwer vnd grosser Mühe / nicht forthgehen können / sich auch etliche darüber vnterstehen

URMEL
Seite über URN öffnen: urn:nbn:de:urmel-c525dc04-c0ea-47bb-a24a-9ae5bbb52efd3-00005255-1204

dürffen Braut vnnd Breutgam / vngeacht da gleich dieselben vnverdächtig sein / außzuvfeiffen / außzurauschen / zuverspotten / vnd andere vppigkeit zu treiben / Wenn denn dadurch offt vnschuldige Leute / an jhren Ehren / des heiligen Römischen Reichs Chur vnd Fürstlichen Policey Ordnungen / zuwieder / angegriessen / vnd sonsten gute Zucht vnd Disciplin geschwechet / auch andere vngelegenheit darausentstehet.

Als begehren wir hiermit gnädigst / Ihr wollet Ewre Jurisdiction verwandten / durch offentliche angeschlagene Edict / von solchen vnbefugten beginnen / mit Ernst vnnd bey namhaffter Straff abstanen. Auch darauff verordnung thun lassen / damit solches hinfüro nicht allein verbleiben / sondern auch die Vorbrecher in gebührliche vnnd verdiente Straff genommen werden möchten. Daran geschiehet vnsere zuvorlessige Meinung / Datum Dreßden den 11. Februarij, Anno 1602.

Christianus Churfürst.

Den

URMEL
Seite über URN öffnen: urn:nbn:de:urmel-c525dc04-c0ea-47bb-a24a-9ae5bbb52efd3-00005255-1216

Den Wirdigen/ Hochgelarten/ vnsern lieben Andechtigen/ vnd getrewen/ Prorectorn/ Magistern/ Doctorn/ der Universitet/ vnd dem Rath zu Wittenberg/ etc.

WAnn deñ solchem S. Churf. G. gnädigstem Befehliche vnterthenigst zu gehorsamen/ wir vns schüldig erkennen/ als haben wir dieselben hiermit publicieren wollen/ vñ thun demnach an stat S. Churf. G. Wir Prorector, Magistri vnd Doctores dieser Universitet/ Euch den Studenten/ Famulis, vnd andern vnser Botmessigkeit vnterworffen/ Vnd Wir der Rath Euch den Bürgern/ Handwerksgesellen/ Jungen vnd Einwohnern dieser Churstadt Wittenberg/ befehlen vnd aufferlegen/ Das obgesatzten S. Churf. G. Befehlich jr euch gemeß erzeiget/ vnd bey den Hochzeitlichen Kirchgängen/ Zucht vnnd Erbarkeit gebrauchet/ vnd die eingeladenen Geste/ vnd insonderheit Frawen vnd Jungfrawen/ durch ewer vnordentlichs Gedreng

URMEL
Seite über URN öffnen: urn:nbn:de:urmel-c525dc04-c0ea-47bb-a24a-9ae5bbb52efd3-00005255-1224

dreng / im Proceß nicht hindert / Auch Braut vnd Breutigam / sie seind wer sie wollen / vngeachtet / da gleich dieselben verdechtig sein / außzupfeiffen / außzurauschen / zuverspotten / vnd andere vppigkeit zu treiben / Euch enthaltet. Denn wir die Universitet gentzlichen entschlossen / da hinfüro einer oder mehr diesem S Churfürstlichen Mandato vnd vnsern anschlagen zu wider handeln wird / Auff welche wir neben dem Rath gute Bestallung gemacht / den oder dieselbigen / nicht allein / Inhalts der Statuten / mit dem Carcere oder der Relegation zu belegen / sondern auch nach befindung / aus der Universitet außzuschliessen / vnnd zu excludiren / vnnd aller Privilegien gentzlichen zubenehmen / Folgends jhren Eltern vnd Freundschafft / so wol auch der Obrigkeit / darunter die Vorbrecher gesessen / vnd die vmbliegenden Universiteten / damit sie auch an den örtern nicht gelitten werden / zu erkennen zugeben / Wie denn auch wir der Rath mit ernstlicher straffe / wider vnsere Unterthanen / da die gleichsfals solchen vnfug vnd vppigkeit treiben / vnd schuldig befunden werden /

ohne

URMEL
Seite über URN öffnen: urn:nbn:de:urmel-c525dc04-c0ea-47bb-a24a-9ae5bbb52efd3-00005255-1232

öhne vnterscheid / verfahren sollen vnnd wollen / Darnach sich denn die Studenten / Famuli / Bürger / Bürgerskinder / Handwercksgesellen vnd Jungen zu achten vnd für schaden zu hütten / Vnnd haben wir der Prorector, Magistri vnnd Doctores der Vniversitet / vnd wir der Rath zu Wittenberg / vnser Insiegel vnten auffs Spacium wissentlich auffgedruckt / Geschehen den 19. Tag Aprilis. Anno Christi 1602.

PRORECTOR ET CONSILIUM PUBLICUM ACADEMIÆ Wittebergensis.

QVam verò tandem hanc sive proteruiam, sive insaniam, sive adeò infelicitatem esse dicemus? aut potest ne res tam dira & inauspicata suo sibi nomine sacris designari? Est non solum in mentibus ac memoria, sed in conspectu penè & oculis ipsis incendiorum, quibus oppida cum pagis, eaq; nec pauca, nec vilia, ante tempus non ita longum, hic & alibi, in cineres consederunt, vastitas atq; calamitas: & tamen his tam multis tam miseris & gravibus exemplis nihil profectum videtur, quo minus malè feriatè quidam ultrò ac dedita opera, ad hoc ipsum malum duces se præbere, ac tantùm non faces admovere audeant. Dum enim πυρϐόλας agunt, id quod diebus

URMEL
Seite über URN öffnen: urn:nbn:de:urmel-c525dc04-c0ea-47bb-a24a-9ae5bbb52efd3-00005255-1248

bus his fieri vidimus, dum ignem sulphure atq; pulvere tartareo eminentem emicantemq; jaculantur, dum flammas & scintillas dispergunt: quid aliud faciunt, quàm exustionibus fomitem, incendijs materiam, tectis publicis privatisq; stragem ac ruinam minitentur? Cui porrò obscurum, aut dubium esse potest, extructas passim esse virgultorum sive cremorum struicibus areas, referta fœne & stramine stabula, plena alijs rebus loca alia, quæ ad flammam concipiendam unice apta sint, & apposita? Quod si igitur, quod Deus clementissimus ut adhuc paternè prohibuit, ita in posterum quoque benignè defendat & avertat, in ejusmodi locum ac materiam massæ illæ ignitæ incidant: quis, nisi insanus & protervus ambigat, quin præsenti id cum pernicie atque exitio multorum mortalium futurum sit? Quæ cum ita sint, severè jubemus ac volumus, ne quis deinceps eò incogitantiæ ac levitatis, vel potius vesaniæ ac malitiæ progrediatur, ut massas ejusmodi, de quibus diximus, in aërem ejaculari, & vomentem flammas Cacum repræsentare ullo modo, aut loco præsumat, pœna Religionis, aut gravior etiam pro qualitate delicti in violatores hujus interdicti constituta: ut & improbitas protervientiũ ingeniorum coërceatur, & securitas atque incolumitas publica quoad ejus fieri potest, sarta tecta conservetur. Prop. Dom. III. post Epiph. Anno gratiæ 1605.

RE

URMEL
Seite über URN öffnen: urn:nbn:de:urmel-c525dc04-c0ea-47bb-a24a-9ae5bbb52efd3-00005255-1251

RECTOR ET CONSILIUM PUBLICUM ACADEMIÆ VVittebergensis.

CVm alia multa in legibus Academiæ prudenter, ac salubriter posita sunt, tum pars illa, quæ est DE REBVS CREDITIS, ita comparata est, ut unumquemq; studiosum fidei atque officii sui graviter ac diserte admoneat. Ea lex his totidem verbis in hanc sententiam concepta est: IN EMTIONIBVS, MVTVATIONIBVS, ET ALIIS CONTRACTIBVS IVSTITIAM EXERCETE. ET QVICQVID ALIIS DEBETIS, BONA FIDE REDDITE. Breve verò oraculum, sed valde justum & æquum, quodq; haustum è naturæ fontibus omnium gentium ac nationum animos ita imbuere debuit, ut ignorare, nisi qui malè atque improbè à mente constitutus sit, nemo possit. Et tamen non pauci eam legem non tam nescire, quàm circumvenire solent, & quos de injustitia insimulare non omninò possis, de iniquitate accusare facilè queas. Ecce enim, ut ad id, quod dicendum est, accedatur, multi cùm æs alienum multis nominibus contraxerunt, posteaquam à creditoribus domum abeundi facultatem impetrárunt, relicta tamen, quæ Aresto æstimetur suppellectili: adeò justitiæ & bonæ fidei obliviscuntur, ut ita se solvere censeant, si nummum hic nullum mittant satis & plus quam satis esse existimantes, si arca una & forsan altera, eaq; haud magna cum re, vi-

URMEL
Seite über URN öffnen: urn:nbn:de:urmel-c525dc04-c0ea-47bb-a24a-9ae5bbb52efd3-00005255-1261

vicem ſponſionis ſuſtineant. Interea boni creditores cogantur pecunias ſuas aliquot non menſes, ſed annos carere, & pro officiis benevolè collocatis hanc indigniſſimam & importuniſſimam gratiam reportare. Cujus generis querelis propè quotidianis cum aures noſtræ ita obtuſæ ſint, ut rei gravitatem amplius ferre nec poſſimus nec debeamus: conſtituimus ac decernimus hoc in perpetuum valituro edicto, fore, ut quicunq; intra annum, ex quo hinc diſceſſit, diſceſſurusve eſt, creditoribus ſuis non ſatis fecerit, & bona ſua Arreſto obligata non liberaverit, atq; expedierit, ejus abſentis ea ipſa bona, quæ Arreſto obſtricta ſunt, eruntve, æſtimatione facta, auctioneq; conſtituta diſtrahantur, ſalvo interim jure agendi creditorum, quantò minus ceperint, & ſi quid hoc nomine ipſis abſuerit: quo iſta ratione æquitas & juſtitia conſervetur, nec quisquam ſe aut præventum aut circumventum fuiſſe conqueri jure amplius poſſit.

Promulgatum Octobris 11. Anno 1606.

Des

URMEL
Seite über URN öffnen: urn:nbn:de:urmel-c525dc04-c0ea-47bb-a24a-9ae5bbb52efd3-00005255-1275

Des Durchleuchtigsten

Hochgebornen Fürsten vnd Herrn/ Herren Christian/ des andern/ Hertzogen zu Sachsen/ des heiligen Römischen Reichs Ertzmarschallen vñ Churfürsten/ Landgraffen in Thüringen/ Marggraffen zu Meissen / vnd Burggraffen zu Magdeburg/ etc. Vnsers gnädigsten Herrn/ gnädigste Mandata vnd Patent / so an die Vniversitet allhier zu Wittenberg abgangen/ wegen der jenigen Studenten/ welche vnbefugter weise sich vnterstehen/ vnd vngeschewet ausser der Stadt mit Büchsen / in S. Churf. G. Gehägen vnd Wälden sich betreten lassen/ das sie sich dessen hinfüro bey ernster Straff gentzlich enthalten sollen.

Von Gottes Gnaden / Christian der Ander/ Hertzog zu Sachsen Churfürst/ etc.

WIrdige vnnd Hochgelarte / Liebe/ Andächtige vñ Getrewen/ Vns langet glaubwirdig an / das zu wider vnserer geliebten Vorfahren/ Christmilder Gedechtnis / so wol vnser selbsten Befehlen vnd Mandaten / etzliche Studenten bey euch vnbefugter weise sich vnterstehen / vnnd vngeschewet ausser der Stadt mit Büchsen/ in vnsern Gehegen vnnd Wälden sich betreten lassen/ auch auff gebürende vntersagung vnd erinnerung sie jhnen solches nicht weren lassen wollen.

H Nach

URMEL
Seite über URN öffnen: urn:nbn:de:urmel-c525dc04-c0ea-47bb-a24a-9ae5bbb52efd3-00005255-1280

Nach dem aber vns solches nicht allein zu vngnedigsten mißfallen gereicht / sondern auch vielmehr den Studenten gezimet vnd oblieget / dz sie jres studierens abwarten / vnd bedencken / warumb sie von jren Eltern / Verwandten vnd Vormunden / auff die Vniversitet geschickt werden / Als seind wir auch nit bedacht / hinfüro jnen solch vnzimlich beginnen zuverstatten / vñ begerē d mnach hiermit ernstlich befelende / jr wollet alsbalden / die hiebevor des verbotten schiessens halben ergangene Mandata ernewern / vnd neben diesem vnserm Befehl publiciren. Mit angeheffter verwarnung / do angedeuten vnsern Mandaten vñ Befehlen / die Studenten / sie sein auch wer sie wollen / ohne vnterscheid der Personen zu widerthun / vñ dieselben verechtlich hindan setzen / sich auch mit Büchsen tragen vnd schiessen / ausser der Stadt von vnsern Förstern vñ Dienern betretten lassen würden / dz dieselben von euch / Jnmassen wir euch auch hiermit zuthun befehlen / so balde sie namhafft gemacht / in vnnachleßliche Straff genommen werden sollen / Do auch vber zuversicht einer oder mehr solcher Straff

sich

URMEL
Seite über URN öffnen: urn:nbn:de:urmel-c525dc04-c0ea-47bb-a24a-9ae5bbb52efd3-00005255-1291

sich entziehen/ oder die verechtlich halten würden/ Gegen denselben wollen wir vns dermassen erzeigen/ das derselbe vnsern vngnedigsten willen/ vnd wie wir vber vnsern Mandaten vnd Befehlichen zu halten gemeinet/ gnugsam zu spüren/ die andern aber ein vnvergessen Exempel vnnd Beyspiel darob haben sollen.

Welches wir euch/ denen wir sonsten mit Gnaden gewogen/ zur nachrichtung nicht bergen mögen/ vnd geschicht hieran vnsere zuverlessliche endliche meinung/ Datum Annaburg am 19. Januarii Anno 1607.

Christianus Churfürst.

Den Würdigen vnd Hochgelarten vnsern lieben Andechtigen vñ getrewen Rectori/ Magistern vnd Doctorn vnserer Universitet zu Wittemberg.

RECTOR ET CONSILIUM PUBLICUM ACADEMIÆ VVittebergensis.

ET *sensus ipse communis, & recta quodammodo ratio, & multo magis præclara ac salutaria omnis generis, quibus nomē dedisti, studia, unūquemq; officy sui*

URMEL
Seite über URN öffnen: urn:nbn:de:urmel-c525dc04-c0ea-47bb-a24a-9ae5bbb52efd3-00005255-1302

cij sui admonere cum poterant, tum debebant, ea ut vi-
tæ ratio teneretur, quò sine cujusquam nō læsione, sed
minima etiam offensione societas hæc scholastica con-
servaretur. Nunc cum multi, non tam pravo suo inge-
nio ducti, quā malo illo ac malefico Genio impulsi, it
se comparatos ostendant, ut pro ratione amentiā, pr
intelligentia vecordiam, pro sanitate furorem ample-
cti ac sectari videantur, neq; aut reverentiā Magistra-
tus, aut ullā suæ salutis rationem habeant: necessariò
ad interdicta & leges subinde venitur, quibus hoc a-
gatur, si quo pacto malè conciliata & feriata ingeniu
intra modestiam & fines sui muneris coërceri, atq; ad
bonā mentē frugem q; revocari possunt. Quoties, quam
severè, districtè, atq; disertè mandata tùm manu ex-
arata, tum typis descripta ab Augustæ & Christianæ
memoriæ Ducibus atq; Electoribus Saxoniæ de non ge-
standis telis, deq; feris non sectandis conficiendis q; pro-
mulgata, publicata, imperata, atq; affixa sint: si vos
ignoratis, aut dissimulatis, at tabula ista clamare, atq;
exprobrare potest. Quanquam si hæc taceret, tamen
sua cuiq; animi mens ac sententia, nisi quis fortè plan
perditus, desperatus, defletus & conclamatus sit, subji-
cere atq; inculcare valeret, ista, quæ ita contra præ-
scripta legum fiunt, à munere & professione studiosæ
juventutis longè gentium, ac toto, quod dicitur, cœlo
dissidere. Quid enim Musis cum Marte, stilo cum telo,
atramēto cum tormentis, auditorio cū sylvis, Minervæ
deniq; cum Diana? An in lacubus, & saltibus arbitra-
mini vos eruditionem captare, doctrinam sectari vo-
ta parentum, spem patronorum, debitum patriæ, ve-
stram ipsorum dignitatem repræsentare posse? Quid

absur-

URMEL
Seite über URN öffnen: urn:nbn:de:urmel-c525dc04-c0ea-47bb-a24a-9ae5bbb52efd3-00005255-1310

absurdum, perversum ac perditum fieri potest, si hoc non est? Vbi enim, ut reliqua nunc nō urgeamus, summi Magistratus, cujus autoritas & majestas sacrosancta esse debebat, cultus aut respectus? Vbi porrò vestræ ipsorum salutis curatio aut cogitatio? Nam si in illa non solum illicita, sed etiam interdicta sive venatione, sive aucupatione, pro præda expedita, ipsi in malum ac damnum insperatum, sed isti proterviæ ac contumaciæ debitum incidatis: cui mortalium alij, quàm vobismetipsis illam animadversionem damnationemq; unicè & insolidum acceptam ferre posßitis? Id quod profectò in posterum eò certiùs, graviùs, atq; cumulatiùs fiet, quò magis ut fiat, celsißimus atq; Illustrißimus Elector CHRISTIANVS II. Princeps ac Dominus noster potentißimus præcipit. Cujus mandati verißimam atq; severißimam sententiam, ut & aliorum hujus generis interdictorum mentem atque voluntatem, ex ipsorum tenore liquidiùs cognoscetis. Ad nos quod attinet, quod & alias sæpenumero itidem severè prohibuimus, illud idem hoc tempore, atque hac publica denunciatione, interminatione, sanctione etiam atque etiam prohibemus, vetamus, interdicimus, NE QVIS ex vobis, quisquis sit, cujatis sit, ullam feram, sive ea major sive minor, sive bipes, sive quadrupes fuerit, ullo teli genere, quocunque nomine censeatur, clam palamve, in locis illicitis ac prohibitis sectari, captare, occupare, sternere & conficere sustineat: scituris singulis atque universis & quidem non ad opinionem, sed planè ad veritatem persuasis, futurum quicunq; huic nostro, vel potiùs summi ac sacrati Magistratus nostri: in-

URMEL
Seite über URN öffnen: urn:nbn:de:urmel-c525dc04-c0ea-47bb-a24a-9ae5bbb52efd3-00005255-1320

terdicto contravenire, obsistere, aut obrepere ulla ex parte præsumserit, ut ille illive, non tam in nostram, quàm multò magis in ipsius supremi Magistratus nostri animadversionem atq; indignationem gravissimam atque acerbissimam incurrant. Promulgatum Cal. Febr. cIↃ Ↄc VII.

RECTOR ET CONSILIUM PUBLICUM ACADEMIÆ Wittebergensis.

VTinam, iterum autem utinam, qui hæc legetis (debetis autem omnes) ipsam oculorum aciem in pectus nostrum inserere, & affectus animorum propius intueri possitis: esse profectò in proclivi æstimaret omnibus, quibus humani aliquid superest; non tam atramento quam lacrymis scripta, quæ nunc hic publicamus. Fuit hic locus atq; hæc Academia, ab avorum & proavorum usq; memoriâ, sedes & officina pietatis & virtutum, adeò per orbem terrarum prope universum clara & excellens, ut in magna felicitatis suæ parte habuerint, qui vel ipsi hanc præsentes colere, vel cariss. suos hoc mittere è longinquis etiam oris potuere. Nunc ut vetus hoc & augustum nomen profanetur & male audiat, (utamur molliori verbo, ne quid gravius dicendo malè ominari videamur) faciunt QVIDAM qui se ordinis nostri esse profitentur, & Pietatis Virtutumq; & Artium liberalium candidatos. At quis hoc ipsis de se dicentibus credat, nisi ipsi? quanquam nec ipsis hoc absurdum credibile videri posse existimamus, nisi omnem frontem perfricuerint; nisi omnem conscientiæ sensum exsuerint; nisi omnes homines, ipsumq; adeò Deũ omnipræsentem fallere se, & ludos facere posse præsumse-

ri

URMEL
Seite über URN öffnen: urn:nbn:de:urmel-c525dc04-c0ea-47bb-a24a-9ae5bbb52efd3-00005255-1339

vint. Stelliones estis, alastores estis, sacrilegi estis; non virtutum aut artium liberalium studiosi. Deum immortalem, rem eò venisse, ut hæc dicenda sint & impingenda juventuti VViteberga, VViteberga: inqua; quam sacrosancta & adoranda Trinitas, & ante extremum & glorioſum judicij diem, præ omnibus terrarum Orbis urbibus unicam dignata est, in qua ignem ſuum & focum (ut Propheta loquitur) inſtauraret, & inde tanquam ex illuſtri phano & excellentiſsima ſpecula lumen illud verbi ſalvifici Orbi terrarum univerſo oſtenderet. Tota animi mente nos coborreſcimus, qui talia audimus: vos, QVI talia patratis, non erubeſcetis? Nimirum vos ij estis per quos publica pax & quies inficitur, per quos exercitia virtutum & literarum aut turbantur aut contaminantur: per quos hæc Schola omnibus bonis ſemper laudata male audit, per quos denique (ut ſemel omnia dicamus) τρισαγιον illud nomen Domini blaſphematur. Nonne hoc est ſtellionem eſſe? alaſtorem eſſe? ſacrilegum eſſe? Nonne hæc facinora ultricibus iræ divinæ flammis expianda? O miſericordiſsime Deus, Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, cujus delitiæ ſunt verſari cum genere humano, miſerere occæcatæ & protervæ iſtius juventutis, aperi iſtis oculos, ut tandem videant, quanto & quam periculoſo Furiarum ſatellitio ſtipati ſint: vindica tibi & exercita corda iſtorum, ut te Patrem creatorem ſuum agnoſcant, Filium Jeſum Chriſtum fratrem in cruce olim cruentum intueantur; Spiritum ſanctum, quo ſignati ſumus, quique pignus eſt hæreditatis noſtræ, revereantur. O ſpira in iſtis opus, ut te cogitent; compelle ut faciant; ſuade ut te diligant:

URMEL
Seite über URN öffnen: urn:nbn:de:urmel-c525dc04-c0ea-47bb-a24a-9ae5bbb52efd3-00005255-1349

confirma eos, ut te teneant: custodi eos, ne te & se perdant. VTINAM VOS, qui hosce gemitus fremitusq; nobis exprimitis, de his cogitare vel leviter posset us! Vos, inquam, qui adjurati hostes, Legibus & omni honestati bellum indixistis. In pacata Repub. atq; in schola, hostiliter se armare, quæ vesania est? Vt corpus meum defendam, inquis, Contra quem? profectò contra neminem nisi quem tu tibi ipse fingis & facis, dum fretus armis tuis procaciter & ex supervacuo lacessis & provocas adversarium, qui tibi talis neq; fuit, neq; est, neq; futurus unquam fuisset, si ipsi per te quieto & insonti esse licuisset. Scimus, quod curiosi & temerarij in conciliabulis suis cavillari super his soleant. Sed nos hoc etiam scimus, istos juri divino & humano fraudem facere, & sibi in ejusmodi sceleribus frustra blandiri. Quin nos iterum auctoritate & mandato summi nostri Magistratûs, singulis ac universis, tam iis qui ex Nobilitate estis, quàm cæteris (pares enim & æquos hîc omnes æstimamus) seriò edicimus; ne ullius generis arma, sive ad offensionem sive ad defensionem (quæ neutra erit, si utraq; pars inermis) neque noctu neque interdiu, neque intra neque extra oppidum, vobis induatis: sub pœnâ, quam Leges nostræ & peculiaria Illustrissimi Magistratus Rescripta noxijs gravissimam irrogárunt. Atq; hoc unum est.

Deinde grassationes istas nocturnas clamoresq; vix humanos, obscenas item cantiones aut ululatus potiùs severè prohibemus. Quid potest acerbiùs accidere pio & honesto patrifamilias, quàm cum ipse cum sobole domi lectione sacra, precibusq; & hymnis inter consortia sanctorum Angelorum, Deo opt. max. devotè

URMEL
Seite über URN öffnen: urn:nbn:de:urmel-c525dc04-c0ea-47bb-a24a-9ae5bbb52efd3-00005255-1359

devotè operantur, si affectus & harmonia illa precum & hymnorum, repentino ejusmodi Furiarum tumultu & obsceno ululatu interrumpitur, aut certè inquinatur? Nihil interim dicemus de iis, qui hospites huc divertunt; nihil de ægrotis; nihil de gravidis aut parturientibus, quos scimus omnes gravissimè offendi & perturbari. Attestantur Ecclesiæ ministri, se adfuisse morientibus, quos centauri isti ita turbarint, ut visi sint in ipso agone, quum vocem amplius non possent, gemitu aut alio gestu corporis tantam immanitatem ex animo abominari. Domine, Domine, qui dives es misericordia, propter nimiam caritatem tuam, qua dilexisti nos, cum essemus mortui peccatis, ignosce istis hoc etiam peccatum: nesciunt quid fecerint, nesciunt sibi quoque ultimam illam luctam cum morte, cum Diabolo & peccatis luctandam esse, nesciunt pœnã talionis tibi familiarissimam esse.

Præterea & hoc monemus, sunt QVIDAM IN VOBIS adeo abjecti pudoris, ut non dubitent expalliati & nudo capite in viâ publicâ grassari. Quod quàm incivile sit & improbum, vestro præsertim ordini & ætati, ij judicent, qui vel sensum aliquem honestatis habent. Abstinete talibus: & nolite committere, ut æquo censu cum circulatoribus aliisq; hujus notæ levioris censeamini.

Et quia famuli etiam alimenta & instrumenta nequitiæ dominis suis non rarò suppeditant, hortamur vos, & vestro bono, famulitium deferatis non istis è prima adolescentiâ protervis & malè habitis; sed paulo adultioribus, exemplo majorum nostrorum. Cur enim non potiùs velim de meo alere studiosum è pauperiorum numero, cui res meas & tutius credo-

URMEL
Seite über URN öffnen: urn:nbn:de:urmel-c525dc04-c0ea-47bb-a24a-9ae5bbb52efd3-00005255-1366

rem, & ubi fructus beneficij mei præsentior appareret, quàm ejusmodi carnificis alumnum, qui Deo hominibusq; odio & molestiæ sit?

Bono quidem nec hic, nec in illis, quæ superiùs dicta sunt, tangemus: Scimus enim, & grati agnoscimus, Bonorum in hac Rep. Scholastica longe majorem esse numerum: Eos tamen paternè hortamur, ne se corrumpi patiantur: vitent prava sodalitia; nec ulla ratione participent talium, quæ pietati aut bonis moribus adversantur. Qui peccat, quiq; peccanti arridet aut adblanditur, æque in noxa est, apud Deum: quod vel publicæ & communes docent calamitates, si quando ingruunt. Denicq; & hoc vobis significatum volumus, cùm tot casus plane tragici hac civitatem brevi tempore oppresserint, Senatum optimum nostro sensu & consensu numerum & vires Excubitorum augere, qui nocturnæ quietis custodes sint, & effrenem istam turbatorum licentiam vi & armis coerceant. Ne putetis nos aut Senatum eos armasse. Autoritas Serenissimi Electoris hanc manum in istos publicæ pacis hostes & turbatores animavit & armavit. Qui sibi & saluti inimicus est, audeat aliquid.

Atq; hæc illa sunt, quæ vobis nunc quidem significare debuimus. Leges novas non condimus: sed novitios istos mores, qui Reip. nostræ exitium minantur, ad normam veterum Legum exigimus: Mandata & rescripta summi nostri Magistratûs vobis notificamus: Consilium & sententiam Senatus Academici publicamus, quæ talis est: Si quis arma quævis loco modoq; illicita gestarit, Publicam pacem, aut quietem nocturnam grassationibus aut clamoribus

URMEL
Seite über URN öffnen: urn:nbn:de:urmel-c525dc04-c0ea-47bb-a24a-9ae5bbb52efd3-00005255-1379

ribus infestârit; disciplinam & dignitatem ordinis nostri dehonestaverit: Eum nos, autoritate Summi Magistratûs & legum nostrarum, pro modo delicti severissimè punituros. Contumaces cum infamiâ nominis Academiâ & Vrbe exacturos, & ultioni divinæ publico voto tradituros, O te miserum, si hæc contemnis:

P.P. Cal. Febr. Anno Christiano CIↃ. IↃC. VII.

IVRAMENTVM PRÆstandum iis, qui matriculæ Academiæ VVittebergensis sua dant nomina: inq; numerum Studiosorum recipiuntur.

Ego N. N. juro,

Quòd tibi hujus semestris Rectori, & omnibus, qui successuri sunt, Rectoribus, in omnibus rebus, quibus possum, ac debeo, quamdiu discendi causa in hac Academia versaturus sum, obedientiam præstare velim.

Secundò toto isto tempore, leges & statuta Academiæ, tam ea, quæ jam sancita sunt, quam quæ deinceps legitimè promulgabuntur, studiosè servabo.

Tertiò, si qua injuria affectus fuero, neq; ipse, neq; per alium quemcunque ulciscar meipsum, sed Rectoris auxilium implorabo, & juste persequar jus meum.

Quar-

URMEL
Seite über URN öffnen: urn:nbn:de:urmel-c525dc04-c0ea-47bb-a24a-9ae5bbb52efd3-00005255-1382

Quartò, ex Arestо, si quod Rector mihi denunciaverit, neque ipse discedam, neq; res meas amovebo.

Quintò, si contingat, ut propter aliquod delictum meum; (quod avertat Deus) vel relegationis, vel exclusionis pœna afficiar, constituta die ex urbe discedam:

Ita me Deus adjuvet.

RECTOR ET CONSILIUM PUBLICVM ACADEMIÆ VVittebergensis.

NOn minùs peccare eum, qui in fraudem Legis quid facit, quàm qui contra legem facit, certum est. Interdicto igitur de non gestandis armis non ita pridem à nobis repetito & promulgato, etiam hoc adjiciendum censemus, NON licere cuiquam arma gestare, nec sub ea quidem tempora, quibus hinc discessurus est, sive in totum is abeat, sive mox reversurus sit: idq; non licere, non modo non ad septimanas aliquot, sed ne ad unum quidem diem, quæcunq; etiam palliatio sive excusatio ei rei quæratur. Quod si quis contra hoc nostrum interdictum venire, aut fraudem ei quocunq; modo facere præsumserit: ei hoc denunciamus, futurum, ut istiusmodi factum ex legis præscripto debita animadversione puniatur. Promulgatum 26. Aprilis, Anno ab Orbe redempto M. DC. VII.

RECTOR

URMEL
Seite über URN öffnen: urn:nbn:de:urmel-c525dc04-c0ea-47bb-a24a-9ae5bbb52efd3-00005255-1399

RECTOR ET CONSILIUM PUBLICUM ACADEMIÆ VVittebergensis.


VEtus illud Comici, *pro re nostrum & pænè tragicum faciemus*: Non hercle verbis, *mea pubes*, dici potest Tantum, quàm reipsâ IN ALBI LAVARE incommodum est: *Cuig, haud incommodè ex eodem theatro quasi πυρωδὸς alius acclamârit*: O fortunate, nescis, quid mali præterieris, qui nunquam hic Albim ingressus es: *Fortunatus, (ita me Deus amet,) fortunatus fuisti, quisquis è juventute nostrâ in Albi nunquam laviſti, natasti, luxuriasti: hoc est, qui nunquam ibi locorum fuisti, ubi (ut Poëta loquitur)* Tâm propè quis lethum, quâm propè cernit aquam. *Pari sæpè affectu cum* CHORO *Tragico ista legere nemini*: AUDAX nimiùm qui freta primus Rate tam fragili perfida rupit; Terrasque suas post terga videns, ANIMAM levibus credidit auris; Dubioq; secans æquora cursu. Potuit tenui fidere ligno, Inter VITÆ MORTISQVE vias Nimiùm gracili limite ducta. *Audax profectò. Sed tu, qui homo es adolescens, nuper ab amplexu matris avulsus, hîc in umbra scholæ educatus, periculi securusne dicam an ignarus? planè nullo ligno aut rate subductâ audes Corpus tuum, illam Animæ Christianæ thecam, rapidissimo flumini committere; ALBI, inquam, tot spolijs nostræ juventutis jampridem infami, & quem* plagiarium *quendam*

R

URMEL
Seite über URN öffnen: urn:nbn:de:urmel-c525dc04-c0ea-47bb-a24a-9ae5bbb52efd3-00005255-1400

dam Wittebergenſem vocaveris. Hinc iſtæ voces in circulis noſtratium jactatæ. Albim quotannis homine ad minimum uno, quaſi victima quâdam, placari. Nos ergò hoc monſtrum σαρκοφάγον caveamus: & quod vitare nullo negotio poſſumus, ne ita ſimus temerarij & prodigi ſalutis, ut illud ultrò etiam, & noſtro quaſi jumento, arceſſamus. Auctoritate vetus eſt, ſed uſu novum: Qui amat periculum, peribit in eo. Ergo ille periculum amare non dicatur, qui famam tot exemplis infamem negligit? tot ſpirantia Præceptorum monita tanti facit, --- quanti rupes Marpeſia Cauros? Neque enim verum eſt, quod naſutus quidam e nuperâ & funeſtâ illa lavatione proteruius obiiciebat, lavationes in Albi nunquam prohibitas eſſe. Mi homo, ſi tu eorum, quæ publicè hic geruntur, adeò negligens aut faſtidioſus es, ſcito eos, quos reverentia diſciplinæ propiùs tangit, non neſcire, tum quotannis fere, tùm ſuperiori aliquâ æſtate, non ſolùm ex hoc loco, & Scripto Rectoris; ſed & voce ipsa Theologi è Suggeſtu, & in ſolemni concione, lavationes in Albi tanto calore & minùs prohiberi, ut ἐξψοκινδώνους iſtos & projectæ audaciæ balneatores juſtâ etiam ſepulturâ privare, cæteris in terrorem, deſtinarint. Quanquam autem ſpectaculi diritas, quæ proximis diebus hanc Academiam funeſtavit, ſufficere poterat, quæ feroculos iſtos compeſceret: ne tamen & ſic officio noſtro defuiſſe videremur, placuit Senatui Academico nunc etiam --- dum ſiccis aêr fervoribus uſtus Canduit-- ſententiam noſtram publicare; ne quis fluvio ſe

URMEL
Seite über URN öffnen: urn:nbn:de:urmel-c525dc04-c0ea-47bb-a24a-9ae5bbb52efd3-00005255-1414



vio se committat, aut natationes temerè experiatur. Namque in confesso est, Albim nostrum tot voraginosis undarum gurgitibus, tot insidiosis arenarum pulvillis, totq; insidiis exesi soli quibusdam quasi scamnis, sæpe etiam ad istam ripam, ubi maximam securitatem speres, infestum esse, ut vix Delius aliquis natator inde expedire se valeat. Accedit huc etiam, ut non raro, ubi pori & cuticulares isti, meatus calore Solis aut motus nimij laxantur, subitum istud & circumfusum ab aqua frigus sese insinuet; & corpus spasmo aut rigore distentum, in locis etjam alioquin haud intutis, evertat. Præterea & dæmones aquis immiscere nullum sit dubium: neque negant, quibus propè Albim negotium fuit, spectra & lemures nocturnos mihi manifesto visos. Quin & illi, qui bono cum Deo ex aquis aliquando erepti sunt, serio affirmarunt, plus negotij à malis Spiritibus, quàm ab aquarum vorticibus in ista lucta sibi fuisse situm. Et hoc si quis pervicacior negaverit, at illud non poterit, quod Rectore Illustriss. & Generosiss. Principe, BARNIMO Pomeraniæ Duce, antecessores nostri ex hoc ipso loco juventuti intimare & παρέχεσθαι voluerunt: nonnullis sub aqua cervices fractas, nonnullis in orto collo os præposterum fuisse; aliquos etiam alibi confossos. Hæc ejusmodi sunt, ut audienti horrorem incutiant, quid censetis adspectanti? Nos animi oculis potius quàm corporis ista intueamur. Sic caveamus. felix, quem faciunt aliena pericula cautum. Si quis tamen ita effrenatus tibiq; præsidens es, ut nulla Legum auctoritate, nullis neque

minis

URMEL
Seite über URN öffnen: urn:nbn:de:urmel-c525dc04-c0ea-47bb-a24a-9ae5bbb52efd3-00005255-1426

minis neque monitis coërceri velis; nos hodierno die, in conspectu hujus Templi & Solis meridiani, tuam & legentis & audientis Conscientiam officio & affectu in te nostro testem citamus: nos fecisse, quod debuimus, quod potuimus: ad languorem usque præscripsisse; ad ravim usque declamitasse; PERICVLVM ab Albi vitandum; horribile esse, Magistratus sententiam in ordinem redigere diabolis prædam & ludibrium objicere hominem, cujus causâ Deus homo factus: αὐτόχειρα fieri; hoc est, seipsum vita spoliare, pro cujus vitâ Deus mortuus est: parricidam fieri, hoc est, ferali nuntio parentibus, pro quibus aliquando vel mori fas sit, animam elidere. Horribilia sunt hæc, inquam: at hæc, inquam, horribilia in te expetunt, quisquis spes tuas tuorumq; in profluentem sic temere projeceris. P. P. XXVII. Julij, Anno Christiano CIↃ. IↃC. VIII.

FINIS.

URMEL
Seite über URN öffnen: urn:nbn:de:urmel-c525dc04-c0ea-47bb-a24a-9ae5bbb52efd3-00005255-1436